

auertat, naufragium pateretur (46), ad recuperandum res et merces et nauem (47) et correda ipsius per quindecim dies permanebo (48), nisi remanserit per mercatores uel maiorem partem eorum; de rebus quas recuperauero (49) per centenarium tres habendo (50) et non plus. Hoc intelligimus in naue et quolibet ligno cooperto de ducentis (51) milliariis et inde supra.

(46) nauis illa frangereur, q. D. a., — (47) n. r. et m. — (48) stabo per q. d. — (49) recuperabo — (50) habebo — (51) omni — (52) nauis et omni ligno de CC mill.

XLI. *Quod naues et alia ligna de ducentis milliariis et inde supra habere debeant duos scribanos, et per quos ipsi scribani constitui debent* (1).

¶ Mandamus quod quelibet nauis uel aliud (2) lignum A. 201 de ducentis milliariis (3) et inde supra *habere debeant duos scribanos* (a) qui debeant scribere (4) omnes merces, numero et pondere (5), que in nauis (6) caricabuntur, eas eorum (7) signo signantes; qui constitui debeant (8), si accepti fuerint in Ueueciis, per nostros consules uel maiorem partem eorundem. Si uero (9) accepti fuerint in locis in (10) quibus per nos rectoria (11) existit, constitui debeant de uoluntate maioris partis rectorie ipsius existentis ibidem (12). Et si accepti fuerint (13) in loco in quo pro nobis et comuni Ueneciarum non fuerit rectoria (14), constitui debeant de uoluntate maioris partis patronorum ipsius (15) nauis et merchantorum, patrono inter mechatores tamquam unus eorum computato (16).

(1) *Var in Q: LII. De scribanis habendis* — (2) nauis aut — (3) mill. CC — (4) duos s. h. debeat qui s. d. — (5) et numerum et pondera — (6) naue — (7) e. e. *omesso*. — (8) debent — (9) eorum. Si autem — (10) in *omesso* — (11) r. *omesso*. — (12) partis ipsius rectoris i. e. — (13) f. a. — (14) rector — (15) i. *om*. — (16) patronus tamquam unus ipsorum in ipsis computatus —

(a) Aggiunto in margine.